nec eis confiteri: nec oblationes dare. et qd peccabant contrarium faciendo: cum essent omnes clerici mali et de ecclesiis remouendi. Querebat an ista et plura alia essent heretica: et procedi possit contra eum tanq; hereticum. et firmatum fuit per omnes theo. et doct. utriusq; iuris ibi existentes qd sic: quia sapiebat heresim et primitus tenebat diuersas et fruolas opiniones reprobatas per sacros canones. Et pau. clariss loquens dicit hereticus est: no solum qui male sentit de articulis fidei et sacramentis ecclesie sed etiam qui falsam et extortam expositionem in scripturis diuinis ponit contra id qd tenet ecclesia. Et quia sunt nonnulli casus: in quibus probabilitus dubitur utrum in isto vel in illo caluit usura. no esset hereticus qui teneret opinionem etiam forte no vera. Iudei autem quis affirmat usuram no esse peccatum: no possunt dici heretici: nec taliter propter eos procedi potest: qd in eis non cadit heresis. Et cum no sint de gremio ecclesie dimissione ab ea facere no possunt. Si tamen erore suu dogmatizarent. et si no vt contra hereticos: tamen per alios modos possent per ecclesiam puniri. sicut et in alijs casibus qd offendunt fidem. Nota etiam fm Rau. i dicta cle. ex graui. qd dicere primitus usuram esse peccatum: sed facta restituione no esse contendu. Dicit qui est obligatus ex contractu licitor est hereticus.

¶ Quartus dñi temporales qui cognoscunt de officio inquisitorum: aut captos liberarent: excommunicati sunt. extra eo. vt inquisitorum. li. vi. Et hoc intellige: siue principaliter: siue incidenter cognoscatur. puta qd de causa principali cognoscentes: faciunt capi hereticum. Incidenter. puta quia fecerant eum capi alia de causa. sed incidenter de hoc inquisierunt. Item nota. qd dantes auxilium psilium vel fauorem eis sunt excommunicati: si scienter hoc faciunt et ordinarius absoluere poterit.

¶ Quintus inquisitores: et ipso seu episcoporum vel canonorum sede vacante: sup hoc deputati commissarii sub pretextu officij inquisitorum quibusvis modis illicitis ab aliquibus pecunia extorquent. aut scienter attendant ecclesiastica bona ob clericorum delictum predicti occasione officij fisico ecclesie applicare sunt excommunicati et absolvi no possunt propter qd in monito articulo donec illis a quibus extorterint: plenesatis fecerint de extortis. et nullis priuilegiis pactis: aut remissionib; super hoc valitatis. vt in cle. nolentes eo. ti. Et Jo. an. super verbo ecclesie dicit multominus sibi p;: vel officialibus vel fisico seculari: cui applicata sunt ipso iure bona laicorum damnatorum heresi.

¶ Sextus est de quadam excommunicacione que ponitur in. c. primo. de scis. Et ibi Panor. dicit qd in tribus casibus quis incurrit illam excommunicacionem. Primus quando quis emit rem ecclesiastica: vel aliter acquirit a scismatico. Et sic nota causa in quo emens rem ecclesiastica est ipso facto excommunicatus. Illos autem regulariter etiam occupans rem ecclesiastica no est excommunicatus: sed excommunicatus. vt in. c. cōquestus. d. fo. compe. Secundus qd quis tenet beneficium a scismatico.

Tertius qd quis inititur ordinationi facte per eum. Et nota fm Hosti. illos esse scismaticos tñ: qui se extollunt contra romanam ecclesiam et ab illa se separant. Et isti sunt excommunicati cum adherentibus. Et dicuntur tales heretici. Illi vero qui volunt contra episcopum aliquem insurgere: et episcopatum suum tollere: et clericos suos facere: excommunicandi sunt. Item nota. qd scismatici put in dicto. c. j. sunt illi qui sunt diuini ab unitate ecclesie et qui conantur sibi episcopos: presbyteros et constitutioes facere. vii. q. i. nouacian? Sed nūquid omnes tales sint heretici? Hosti. tenet qd no. dummodo recognoscant romanam ecclesiam: qd tunc non sunt ab unitate divisi. Unde duo licet pretendat se esse pontifices romanos: no propter hoc heretici sunt: qd credunt unam ecclesiam: licet quislibet credat se eius spiritum esse. Hs si quis se papam pretendet: quia crederet ecclesiam duos posse habere pontifices: eet hereticus quia crederet duas ecclesias. Et ex predictis patet qd greci buiscus fuerunt excommunicati: qui fuerunt diuini ab eo qd ecclesia per articulis fidei determinauit.

¶ Septimus. Qui assentit permutaciter romanam ecclesiam no esse caput ecclesiarum: et no posse condere canones: et ei etiam tanq; capiti no esse obediendum. excommunicatus est. xix. dist. nulli. Et no. qd illud. c. loquitur de contemptoribus canonum et transgressoribus. Et fm Vg. ibidez dupliciter dicitur quis contemptor canonum. Uno modo qui apostolicam sedem contumaciter negat esse caput ecclesiarum: et habere potestatem condendi canones et decreta: et statuta eius no esse obseruanda. et talis est excommunicatus et hereticus et scismaticus. et sic intelligit dictum capitulum nulli. Et est canon late sententie. Idem dicitur Innoc. Jo. an. et Host. Secundo modo dicitur quis contemptor et transgressor canonum: qui ipsa mandata canonum no seruat quis credat et dicat esse seruanda. Et hic no est scismaticus proprie nec excommunicatus. Et sic de huiusmodi intelligendo est canon ferende sententie.

¶ Octavus excommunicati sunt oes violatores ecclesiastice libertatis. Et persim qui contra sacra canonum instituta ecclesiis et ecclesiasticis personis sine licetia speciali romani pontificis collectas vel alia onera aut queris gravamina realia: vel personalia imponunt. aut exigunt. aut exigi faciunt vel percurant. et est hodie papalis per pecuniam curie.

¶ Quero nūquid clerici teneantur ad aliqua onera? Dic qd persone ecclesiastice no debent gravari angariis vel pangariis. puta ad fossata facienda et huiusmodi. vt in. c. no minus. de imo. eccl. nec ad collectas vel talles. siue exactiones quaestuq;. vt in. c. aduerlus. de imo. eccl. Nec pro demibus prediis. vel quibuscumque possessionibus ab eisdem ecclesiis vel personis ecclesiasticis legitime hactenus acquisitis vel imposta acquirendis. vt. c. j. de imo. eccl. li. vi.

¶ Sed dubitatur. nūquid ecclesia vel clerici teneantur solvere onera per possessionibus eis collatis que prius erant tributarie? Rn. Panor. in. c. fi. de vi. et bone. cle. post multa concludit qd aut illa

Excommunicatio.

bona habebat onus perpetuum; annexum et invariabile. et tunc transeunt ad clericos cum oneribus suis facit de censi. Aut onus non erat perpetuum; annexum et invariabile. ut sint iste descriptioes quod sunt bodie; quod extimatur bona cuiuscumque et soluit plus vel minus in impositione collecte. et ad ista onera non tenent clerici. vel ecclesie; quod non potest dici quod hoc sit onus annexum possessionibus; cum non sit perpetuum sed variabile. Et quod imponitur persone pro rebus. Si ergo perueniat ad ecclesiam debent censeri iure ecclesiastico. Et hanc opinionem tenet Job. de ligna. et Iohannes post archi. Idem do. An. et do. Pe.

Quid antea si clericus habeat bona communia cum fratribus et vult eos defendere a collectis. An possit? R. Panor. ubi s. refert Spe. in ti. de cle. priu. tenere quod non: quod sub obtentu privilegii; non debet publica utilitas vacillare. l. iiij. L. de priu. sco. li. xij. Vnde finis cum index ex officio coget eum ad divisionem vel cogit illos ad soluendum pro rata sua. Et idem dicit si frater clericus donet parte sua clericis ut sic fiat imunis a collectis. nam si hoc fiat in fraudem et constet: cogetur ad collectas pro sua parte. Presumeat autem frans quod frater reperitur possidere post donationem: sicut prius possidebat. Et sim illiter si omnia bona sua donavit vel maiorem partem. per l. omnes. S. lucius. ff. de his que in fraudem cre. Et hec tene menti quia sunt quotidianae.

Sed an possit teneri modus quod pro possessionibus que deueniunt ad clericos possit imponi collecta? R. Panor. ubi s. dicit Har. tenere in l. rescripto. de mu. et ho. quod pro possessionibus quas habent clerici tempore quo fieret statutum: non posset prouideri: cum collecta imponantur personis pro rebus dicta. l. rescripto. cum ibi notat. et persona clerici non sit subiecta. Pro possessionibus autem que nondum deueniunt ad clericos: dicit posse fieri statutum. quod omnia predia intelligantur tributaria et obligata pro collectis. nam tunc postea transiunt ad quicunque clericum etiam cum onere. Sed Har. ibi dicit quod Engubini tenuerunt alium modum. scilicet quod omnes ciues et civitatis donauerunt omnes eorum fundos et possessiones communis. distinguendo singulas per cofines proprios. et illas possessiones receperunt a communione sub censi et tributo collectari. et quod semper in qualibet alienatione intelligatur exceptum hoc ius communis. Iste cantele fuerint necessarie: quia ecclesie exercisebat etiam in possessionibus. quod possessiones non remanebant ad subienda onera ciuitatis. Predicta dicit Har. vera salua correctio sancte matris ecclesie. Sed Panor. ubi s. dicit. quod hec dicta sibi non placent: maxime propter fraudem. nam indirecte venit contra privilegium cocessum ecclesie pro imperatore. l. i. L. de sa. san. ec. per quam quisque habet facultatem liberam donandi ecclesias. Et per hanc appositionem onerum ecclesie factam impeditur illa facultas donandi.

Quid si occurrit necessitas reipublice. puta insultus latronum; vel exercitus volens patriam delere. vel comburere: quibus oportet obuiare et resistere: nec tempus consulendi papam adest. Si grauetur ecclesia quid iuris? R. Pe. de anch. in ca. i. de immu. eccl. fin. Oldra. quod hoc casu licet: si mora esset periculum allatura. Nec obstat. et reprehensibile. xxij. q. viij. ubi dicitur quod clerici non tenentur ad custodiam ciuitatis: quia cum sint milites christi: debent christo in diuinis deseruire: quod fin. Panor. in. ca. peruenit. de immu. eccl. clerici non tenentur regulariter ad custodiam ciuitatis et huiusmodi. et sic intellige. d. c. reprehensibile. Secundus propter aliquem calum inopinatum et improbus. Vnde propter comunem et improbus periculum vult papa in dicto. et peruenit. clericum non excusari a custodia ciuitatis.

Quero. quia dicitur in c. non minus. et in c. aduersus. de immu. eccl. quod imponentes collectas clericis non possunt absoluiri nec successores: nisi satisfecerint. de quo habet talis rector: satisfacere ante quod absoluatur? R. do. An. quod de emendatione cuiuscumque damni ecclesie propter hoc contingit: si nullum consilium dedit de collecta imponenda. Sed si consilium dedit: tenetur. nedum ad interesse. sed etiam ad ipsius collecte restitutionem. Si vero consilium non dedisset: forte non teneretur ad emendationem collecte: sed ad alterius interesse: quod obuenit ecclesie ob ipsius regimen: et forte spiritualem vel pecuniarium oportebit eum subire finis quod forsitan bonus index arbitrabitur. Hec autem locum habent quando quis succedit in regimen eius qui est excommunicatus ex predictis causis: vel aliter qualitercumque propter libertatem ecclesie violatam. Secundus si ex alia causa esset potestas excommunicari vel consiliari vel universitas seu ciuitas interdicta: tunc enim successor non esset excommunicatus fin. Inno.

Quid si nouus successor operam dedit quantumcumque potuit. quod hoc damnum collecte emendaretur: sed universitate resistente non potuit obtinere quod intendebat. An sit excusatus? R. video Panor. in. c. aduersus. de immu. eccl. dicit quod non debet enim si non potest obtinere: relinquere regimen. Nec timeat hoc calum amissionem salarii: quia cum universitas sit in culpa nihilominus tenetur sibi ad salarium: cum per ipsum non stet quo minus regat. Et idem dicendum est si contra expensam inhibitionem antiqui rectoris excessit universitas in predictis: quia non excusat nisi officio renunciet.

Quero: quia datur mensis huic successori ad satisfaciendum antequam incurrit excommunicatio. An etiam detur predecessor qui erat tempore grauaminis? R. Panor. in dicto. c. aduersus. dicit Hosti. tenere quod sic. Et dicit cum opinione Hosti. transire communiter docet. Ipse tamen distinguunt quod aut predecessor: dum instaret circa collectionem extorquenda fuit admonitus ut desisteret. et

Excommunicatio. I. Fo. LXXXII.

ipse non solum destitit. sed processit ad executionem facienda. Et tunc illico mense non expectato incidit in excommunicatio. Sed alia rō est in successore. quod sibi dāt mensis non ut desistat; sed ut satissimā. unde merito cum in hoc possit inter utrūq; notari diversitas: non dīlla determinatio tēpis utrūq; pariter p̄p̄bendere. sed ubi p̄cessit: non p̄cessit ad actum p̄num: puta ad executionem: sed non desistebat a petitione et executione. vel fuit admotus post executionem ut satisfaceret. tunc cum in eis sit eadem ratio. habebit locum in utrūq; illo mensis determinatio. Infest etiam Panor. quod siā censurā lata in aliquem nomine officij non transit ipso facto in successorem: sed tunc demum si satisfacere noluerit de delicto commisso per predecessorē.

¶ Que autem dicantur angarie. perangarie. munera ordinaria. vel extraordinaria. personalia vel realia et huiusmodi. Vide Panormū. in dicto. c. non minus.

¶ Nonus. exigentes vel exigi facientes pedagia vel gabellas a psonis ecclesiasticis p̄ rebus suis vel ecclesiis: quas non causa negotiationis deferunt sunt excommunicati ex de censi. c. q̄ q̄. li. vi. Sed hodie p̄ pcessum curie sunt excommunicati excommunicatio papali. Et in dicto p̄cessu dī: quod excommunicati sunt non solum p̄hibita erigentes. sed etiam noua pedagia imponentes. immo etiam fin archi. flo. excommunicati sunt pedagia seu gabellas augmentates. ad hoc allegat quendam processum curie. Et nota. quod in d. c. q̄ q̄. dī: quod p̄traficiens: si est psona singularis excommunicatus est. Si autem collegium. vel vniuersitas. ciuitas. castrum. vel locus. Interdicti sñia. ipso facto incurant. Et nota. fin. pe. de anch. varia sunt nomina. scilicet. pedagium. tributum. census et pensio. Pedagium et vectigal: idem significant. et solvit ab itinerantibus de his que deferunt nō sui usus causa. Et quicq; solvit p̄ transitu psonarum tuū. ut ferrare. Tributum vero est quod prestat fisco. Et idē importat quod census vel pensio. Item nota. quod clerici sunt immunes a solutione pedagij. p̄ rebus quas deferunt vel transmitunt non causa negotiandi. A contrario ergo sensu. si negotiandi causa tenebunt. H̄z ad hoc vide notabilem glo. in. c. fi. de vi. et bo. cle. quam approbat Panor. ibi. quod clericus negotiē de bonis ecclesie non dī pdere priuilegium qua ad bona ecclesiastica. quod delictū psonae. Et fedeli. etiam sentit quod si bona ecclesiis: deferant ad certum locum negotiationis causa: non tenet clerici aliquid solvere p̄ gabella. Ita quod dictum. c. q̄ q̄. et cle. p̄ti. eo. ti. non habent locum in bonis ecclesie nec ex delicto clerici ecclesia debet perdere priuilegii in facultatibus suis. quod est bene notabile. Et satis facit dictum. c. fi. in ar. hec Panor.

¶ Quero. dicit in dī. c. q̄ q̄. quod persone ecclesiastice non tenet solvere de rebus. quas non negotiādi causa deferunt. quod dicat p̄ne negotiator. Rū. Jo. an. post archi. dī. quod ille qui rem emit. et immunitam vendendo incrāt. Ille vero qui emit ut sibi

sit materia aliquid inde operandi non est negotiator. ut dicit Chrys. lxxviii. di. c. ejcīens. Et per hoc p̄suluit Fede. de se. in q̄stione monasterij sancti Galgani: dyocesis vulnerane. qd monasteriū h̄z venam ferri in insula helbe. et facit illam fodere venam deferri p̄ territ orum seniū. ut faciat inde ferrum: ut vendat postea et lucret. Exactorēs gabellarum senensium petebant pedagium. Abbas dicebat se non teneri. Federi. p̄suluit p̄ eo. s. quod non tenet. quia ista nō est negotiatio. Sicut cum faber emit ferrum. ut inde diversas formas educat. scilicet gladiorum et clavorum etc. Unde dicit quod etiam si fratres emerent venam ferri: ut facerent exinde ferrum: non dicuntur ex hoc negociari. quia ut dictum est. negotiari est rem emptam non immutatam vendere. Emere enim rūdem materiam et illam p̄ artificium ad aliquā formam redigere: non est negotiari. immo tales vocant potius artifices: quod mercatores. Pe. de anch. dicit quod quando non in proprio solo venam ferri fodere faciunt: sed emunt ut ferrum postea inde redditum vendant: consultus. Respondit quod est negotiatio mixta artificio. Si per magistros et alios faciunt hoc fieri. tunc enim nulla versat industria clericorum. Ideo soluere tenet. Seens si ecclesia haberet venam et per operarios fieri facit et postea vendit. Sicut enim in simili de frumento et alijs redditibus collectis in proprio solo non tenet soluere. Ita nec de isto ferro vel de alia materia. quod appellatione fructū p̄tinere. l. diuinitio. S. si vir in fundo. ff. so. ma.

¶ Quid si fiat statutum quod si quis vendat teneatur dare duos denarios regi vel cōmunitati. an clerici teneantur vina vendendo. vel frumenta quod habent ex prebenda: Rū. C. in. l. omnis. L. de epi. et cleri. quod non. Idem pe. p. d. l. omnis. ubi dicitur quod melius est quod bona in pauperes distribuantur: quod in sordidis munib⁹. vel alib⁹ illicite consumant. ubi etiam dicit Pe. et Bal. quod clerici de bonis prebendarum iūnarum que vendunt vel vendi faciunt non tenetur soluere gabellam: nec enim ad portam. Idem Yohan. de li. dicens quid de gabellis et datis que leuantur in cimitatibus Lombardie: Rūdī idem. xiiij. q. iij. purant quidam. et c. pleriq; de privileg. c. quanto. Et subquit fin hoc tota italia est interdicta et irregulares omnes clerici non obseruantes. Idem Yohan. and. Sed hodie taliter excommunicati non sunt vitandi: nec tale interdictum obseruandum ut dicitur infra in hoc titulo excommunicationum. Theologi tamen. s. sanctus Bon. et Ri. exponentes illud Mathei. xvij. Quid tibi videtur Petre et c. et infra. ergo liberi sunt filii. dicunt quod ille tex. inteligitur de Christo. quia Christus non tenebatur reddere tributū. nec hi qui sunt imitatores eius perfecti. puta apostoli. pro eo quod naturaliter liberi erant. et omnia bona temporalia dimiserant. Et ideo censum vel tributum ab eis reges terre accipere non debebant. In alijs autē chri stianis. vel qui sunt servilis conditionis. vel qui abundant temporalib⁹ bonis. illa auctoritas non debet in o iij

Excommunicatio.

telligi. Unde tenentur soluere vectigalia. Sed cōclūde q̄ theologi loquunt de iure antiquo decreto rum. hodie vō de iure. vi. et clementinarum non tenetur.

¶ Quero nunq̄ coloni p̄dior ecclesiasticoz qui colunt predia ad medium vel affectū debeat soluere gabellam et collectam impositaz p̄ iudicem secularem de pte fructuum p̄tingēte eos? Rn. Se. in di.c. q̄q̄. de mēte Federi. determinat q̄ sic. q̄ ps̄ rusticī est subiecta dñio tpali. q̄ separatoz separata est distinctio. Et addit q̄ si clericus locat fructū ad firmā: emp̄tō nō gaudet priuilegio ecclie. immo si porat fructus ad ciuitatem: soluet gabellam.

¶ Quid de emptō bō redditum clericoz. vel ecclie vel regis. vel baronis q̄ volunt in his gaude-re illa immunitate q̄ clericī rex vel baro in sua iurisdictione. volentes bladum vinum zalia ex hmōi emptionibz obuenientia sine solutō pedagij trās ferre sicut illi a quibus emerūt: an possint facere? Rn. Direct. li. iii. de mente archi. cludit q̄ non. ¶ Done q̄ gabellarī non exigit. nec extorqnt ab iuris. h̄ ipsi clericī sponte soluunt. In incidenti in excommunicatōem. Rn. glo. et pau. in ele. qm̄. de iū. ec. q̄ nō. q̄ exigere ē ab iū. extorqre. Tn. fm car. ab clericī etiā spōte nō dñt soluere tales vel hmōi sine lñia pape.

¶ Decimus. Cum quis non electus a duabus partibus cardinalium gerit se p̄ papa. extra de elect. licet.

¶ Quero. qd̄ si cardinales vnam in iter dent p̄tā tem nominādi papam duobz vel tribus. Et ipm̄ noīatum ab alijs recipiunt. Rn. Asteñ. fm. Host. q̄ electio valet. vnde dicit. d. an. q̄ due ptes collegiū sunt necessarie. qd̄ est v̄ez; nisi cardinales aliter determinarēt. q̄ si cardinales ordinarent int̄ se q̄ electus a maiori pte sit electus tunc videbit̄ elect? ab omnibus sicut electus per compromissum. videtur electus a toto capitulo. extra de elect. quia ppter.

¶ Quid si consentiunt in illum: qui gessit se. p̄ pa-pa cum nō esset a duabus partibus electus? Rn. qui s. q̄ non valet; quia non possunt p̄sentire in excommunicatōi immo omnes ei p̄sentientes et adberentes sunt excommunicati nisi forte eum penitissim. et absolu-tus fuisse p̄ illos cardinales qui si non adheserant. Contraritatem videt̄; quia in hoc casu vident̄ tacite renunciare illi p̄stitutioni et derogare; quia princeps agēs p̄ legem. In dubio videt̄ dispensare de hoc vide s. Dispensatio. Item nota. q̄ non oportet papam elegi a duabus partibus cardinalium omnium; h̄ tni presentium; nisi aliqui cardinales absentes essent in loco vicino. vnde p̄modū vocari possent. Et nota. q̄ olim in electione pape admittebat impator vel eius nūcius. lxiij. di. S. vez. hodie soli cardinales admittunt. Et si de omnibus cardinalibus non essent nisi duobz debet fieri electio: alijs legitimo tempore expectatis ipsi duo eligent. et vñ potest alium elegere. Ita q̄ si vñus illoz eligat alium valet. et alter electus tacere debet. si vñus trii supest: adhuc ille solus eligeret. de ih. pa. p̄ vestras. Omibus vō

deficientibus: cleris romans eligere debet ut in c. i. xxij. di. Hui dicūt q̄ concilium generale. lxv. di. c. i. t. iii. et conuocabitur per clerum et populum romanum ea. dist. si forte. Host. tamen dicit. q̄ licet hoc scđm̄ videat iustius: primum est leuius et commodius. ppter periculum more. extra eo. ne p̄ defectu.

¶ An autem sit determinatus numerus cardinalium. zab. in cle. ne romani: de elect. dicit fm. Ma-theum q̄ sic. s. ad instar numeri discipulorum de quibus. xij. di. In novo. Refert tñ idem Math. q̄ aliqui fuerunt. cxlxxvj. tempore Montiani pape. qui non ponit in catalogo pontificum ut habet in cronicā.

¶ Quero an papa possit sibi eligere successorem? Rn. d. an. q̄ non. Et hoc p̄ muniter tenet p̄ doc. et est ratio fm. Panoz. in di. c. licet. quia effectus huīus electionis referit ad tempus. quo non est futurus papa. Sed constitutio quam facit sup̄ electōne admittit̄ quia p̄uidet futuris scandalis. Et in casu quo alius ppter eum p̄uidere non potest. posset tamen papa dare alicui prelatō potestatem eligēti sibi successorem. ut in. c. petisti. vii. q. i. Et tunc sit electio auct̄e pape et non p̄pua.

¶ Quero quid si vñus vel duo volunt p̄mittere. An alijs cogant? Rn. d. an. q̄ non. immo uno p̄dicente nō potest fieri p̄missum: h̄ bene potest statu: q̄ uno vel duobz p̄dicentibz electus a maiori pte sit electus.

¶ Quero. dicit̄ hic. q̄ electus a minori parte duarum si gerit se p̄ electo patif̄ has penas et emittat aliquas si respuerit. An emittet penam excommunicationis? Rn. idem q̄ non: sed penaz dat han abyron. id est penam eterne damnationis fm. Innocentium.

¶ Quero an in numero duarum partium computelectus. Rn. idem. q̄ qñq̄ eligit̄ quis ad eccliam in qua non habet vocem. et planum est q̄ nō computat̄ eius vox. aut elegit̄ in illa in qua habet vocem et tunc si eligit̄ q̄ formam scrutinij requirit vox cum certo et determinato tpe. et electus co-sentit deum post scrutinium. ideo eius vox nō auget. Sed si p̄ formam p̄missi: nō requirit de terminatio tempis. ideo vox sublequens auget. et fm hoc vox electi deberet computari in numero cardinalium.

¶ Sed an cardinales possint tollere banc constitutionem? Rn. glo. q̄ sic. q̄ possunt inter se ordi-nare cardinales q̄ electio valeat que facta est a maiori parte. cum censeat̄ ab omnibus electus. ut in di. c. quia. ppter. Et nota in ter. ibi absq̄ vla exce-ptione. q̄ papa hic approbato p̄silio abstulisse videtur omne impedimentū iuriis positum. et sic op-poni non potest q̄ non sit de collegio cardinalium. vel q̄ sit bigamus vel illiteratus vel laic⁹ vel vrotatus. In alijs autem cōstumcōq̄ p̄se etiam ipse papa scribat̄ legitima exceptio est admittenda de rescriptis. si quando et de of. del. ex parte.

¶ S̄ an hoc casu vox possit repetrere electum in papam. Glo. in. c. si quis pecunia. lxxix. di. dicit. q̄ potest repetrere. nisi vñor inducat ad p̄minentiam.

Excommunicatio I. Fo. LXXXIII.

Vnde tunc papa habebit uxorem nec erit contra substantiam papatus. quia et sanctus petrus habuit uxorem. unde poterit reddere debitum uxori. ut dicit glo. in di. c. si quis.

Quid si papa sit hereticus? R. d. an. qd admittit exceptio. qd glo. xl. di. si papa. qd tunc fin docto. in hoc casu delinit esse caput ecclesie. Et sufficeret duo testes: si negatur esse papa. ipse heres in quod erat tempore electionis. ut in di. c. si qd. Inno. tam et compo. et Jo. an. tenent qd licet papa possit accusari de heresi. non potest tamen de heresi excipi. Et ista remouet omnem exceptionem. qd ex sola electione electus consequitur plenum ius. Ideo exceptio non est hoc casu adportionabilis. quia exceptio opposit contra petentem cum sit actionis exclusio. Sed electus in papaz nihil petit: cu iam sit adeptus plenum ius. Idem pan. in. d. c. licet dicit qd obstat exceptio anteq; adipiscatur possessio nem. nam postea non posset excipi. sed deberet accusari. Et idem est si esset mulier. quia non est capax ordinis.

Quid aut si sit symoniacus? R. idem. qd non repellit. ppter hoc. ut in di. c. si qd.

Quid de infante? Dic qd non potest esse nisi a spiritus sancto facta esset electio. quia non est capax ordinis.

Quid si papa non sit canonice electus? R. d. An. qd si est occultum non iudicat ecclesia ex de sy. c. sicut. Eccl. et tu. probabilis ignorantia. licet non crassa. de cie. ex. apost. 1.

Quid de intronizato per seditionem. presumptionem: vel aliud ingenium. R. d. An. qd est excommunicatus. Item nota fin docto. in dicto ta. licet. qd electus ex sola electione consequitur papatus nec id get ad exercitium pontificatus. confirmatioles plectracione vel itronizatio. ut probat apte tet. ibi electus. Nota etiaz qd durante scrutinio pape circumcens publicato pnt alij cardinales accedunt ad electrum per alios et resilire ab electione quae fecerant: ut sic habeatur concursus duarum partium. Unde si reperiatur quis electus etiaz ab uno solo. ex quo nemo reperiatur electus a duabus partibus possunt cardinales accedere ad istum et augeri numerum eligentium. Et hoc verum: nisi nominatus a minor parte gesserit se pro papa. quia cum tunc sit excommunicatus non videtur de mente huic tex. qd possint alii ad istum accedere. Et nota. qd cardinales non possunt simpliciter resilire ab electione quam fecerant. etiam si reperiatur ab uno solo electus. sed bene possunt per accessionem variare et accedere ad electum per alios qd non continent in electione aliorum prelatorum. Hec Panor. ibi. Nam dicit. qd si iste electus in scrutinio publico vel priuato consenserit in alium qd postea videns se electum ab alijs. potest recedere ab electione quam fecit. et accedere ad electum de se factam qd admittit variatio in electio pape per accessionem.

Undecimus. quicunq; illipugnat lites electi in papam aut etiam anteq; coronetur: cum qd ipaz electionem canonice factam sibi ius sit acquisitus

papatus. Et ex ipsa electione confirmatus. et exercere possit officium suum ante coronationem. Tali ipso facto est excommunicatus ut in euaganti. Benedici. qd nulli.

Duodecimus. excommunicatus est qui cardinalibus in conclave positis grata electionis pape mittit nuncium vel epistolam. vel omnib; vel alii cui eorum et de loquente secum secrete. ex de elec. c. vbi. li. vij. Et nota fin glo. qd hic excommunicatio est episcopalis.

Tercius decimus. domini rectores et officiales qui immunitate dicta electione non suant constitutionem capituli. vbi periculum. de elec. li. vij. sunt excommunicati dicto ca. vbi periculum. Et nota qd quando moritur romanus pontifex statim aucto romani pontificis obitu: recto ciuitatis in quod debet fieri electio. coram clero et populo universo ciuitatis. ad hos specialiter connotatis: debet prestare corporale iuramentum quod rotum ordinem ilius constitutionis diligenter obseruabit. Et nota penas quas incurrit si non faciat diligenter obseruari aut si fraudem committat. Primo est ipso facto excommunicatus. Secundo est perpetuo infamis. Tercio non potest habere dignitatem nec aliquod officium publicum. Quarto prebendis et bonis ceteris que ab eadem romana ecclesia tenet. vel ab alijs ecclesiis est ipso facto priuatus et revertunt ad ipsas ecclasiis cum pleno iure de eis disponendi. put placet ecclasia et platis. Quinto qd ipsa ciuitas in quod electio predicta fieri: est in dicta. Sexto qd pontificali careat dignitate.

Quero que sint illa que seruari debent per mortem summum pontificis. ad que obseruari facienda tenent dominici ciuitatis: in qua moritur papa. R. d. sunt plura. Primo qd si papa moritur in ciuitate in qua cum sua curia residebat. Cardinales qui fuerint in ciuitate ipsa pnties teneant expectare absentes tamen p. x. dies: quibus elapsis: sine absentes venerint: siue non: extunc oes conueniant in pallacio: in quod p. x. dies p. x. dies: quibus elapsis: sine absentes ve-

Excommunicatio.

¶ quam ipsis cardinalibus ad victimum necessaria possint ɔmodo ministrari: ppetens dico fīm glo. ita q nullus possit per eam intrare vel exire. Sed primo q si infra tres dies postq clave dicti cardinales intrauerint non fuerit facta pape electio p spacium dierum qnq immediate sequentium. tam in prandio q in cena non habeant nisi vnu solum ferculum. Octauo. q si post istos qnq dies adhuc non fuerit facta electio. tunc tm minister eis panis vinum t aqua; donec sit facta electionis. Mono q pendente dicta electione cardinales nihil possunt percipere lucri de camera pape: nec alii lucrum vnde cunq pueniens ipsi ecclesie. Sed ille cui est ɔmissa custodia camere pape: debet omnia lucra reseruare futuro pontifici. q si aliquid lucri de camera pape pendente electione percipient. extunc sunt suspensi a perceptio fructuum suorum beneficiorum quousq bmoi lucra restituant. Decimo q cardinales interim non debent se de aliquo negocio impedire: nisi forte supueniret adeo virgens necessitas q oporteret puidere de defendendo aliquam terram ecclesie. vel nisi enueriret aliud tameuidens t tam graue periculum: q omnes cardinales pcediter iudicarent puidendum esse. Undecimo. q si aliquis ex cardinalib dictum clave non intrauerit infra. x. dies; aut postq intrauit absq manifesta causa infirmitatis exierit; tunc non possit volterius ad electionem admitti. Duodecimo q si aliquis ex cardinalibus infirmus: potest sine eo ad electionem pcedi. t cessante infirmitate debet admitti. Tredecimo. q si cardinales absentes infra terminum. x. dierum superuenerint anteq electio facta sit: int admittantur: cum moderamine seruentium t cum clausura: cibo t potu ut pdictum est. Quartodecimo q si papa moritur in comitatu sive territorio illius ciuitatis; in qua erat cum sua curia. tūc cardinales in dicta ciuitate debent conuenire p electione facienda: nisi forte esset interdicta vel rebellis romane ecclesie: quo casu in alia vicinori pueniant. que nō sit rebellis vel interdicta: cum clausura taliis supradictis. Item nota q pstitutio similis facta fuit per Celestinū q fuit renovata per Adrianum sine consensu concilii quod facere potuit papa de plenitude potestatis. Cum sit sup omnia concilia. ex de elec. significasti. quam Grego. confirmavit fīm glo. Item nota fīm glo. q est speciale in electione pape. q cardinales absentes non citantur: t expectant per. x. dies. Secundus est in alijs electionibus. quia absentes de priuicia sunt vocandi de elect. coram. Sed pone q cardinales quidam sunt absentes t ita remoti q nullo modo possunt venire infra. x. dies ad locum ubi d electio celebrari. Nūquid poterunt pntes statim ad electiōm pcedere: vel ante lapsum horum. x. dierum. Mū. glo. q non. naz posset esse q abūtes audiētes de infirmitate pape: vel alia cā venire ceperant ante mortem. Ita q. s. x. dies a morte erunt in loco. Item pone q alijs cardinalis nō debito tempore expectatus vult agere de ptemptu vt possit

Rūdit glo. q non. si electio fuit facta ab omnibz alijs vel a duabz pribz: eo non pputato.

Quero. dicit hic q pntes teneant expectare absentes per. x. dies: quibz elapsis omnes pntes debent ingredi ad electionem. qd ergo si isti pntes esent paupiores q tercia ps: Rū. glo. q pnt eligere. nam illud qd dicē. q si electus t paupioribus q a duabz pribz cardinalibz gerit se p papa q sit excommunicatus. Intelligit de duabus pribus. s. pntium.

Quero quid si cardinalis ppter infirmitate nō lens inclusus stare renunciet voci sue. nunqda valet renunciatio. Et nū qd rediens admittetur. Rū. glo. fīm Host. cui hoc de facto pntit q penitus t rediens admittendus est. Dō bis tm que medio tpe facta sunt pnteri non pōt.

Pone q absens cardinalis post diem octauum a die inclusiōre venit. Ita q cardinales inclusi: nō bēbant nisi vnu. panem t aquam. nunqda iste supueniens statim pspellet suscipe ipsoz vitam: Rū. glo. q sic. Iz non fuerit in culpa. q sepe qd si ne culpa punit ex cā.

Quid si papa moritur in mari ubi debent puenire cardinales? Rū. glo. q debent puenire in cūitate per quam locus ille maris distinguitur. puta si vocat mare pisaniū: debent puenire pisis. Si aut non distinguit p aliquam ciuitatem debent puenire in viciniori.

Quid si electio pape fuit facta in loco intdicto. Rū. glo. q nibilomin⁹ valer.

Quartusdecim⁹. cum qd mīgr vel scholaris tractat cum aliquo ciue bono. de pductione hospicii. irreqūsitis in qdūs: nisi tempus pductionis fuit elapsum excoicati sunt. ex loca. ex rescripto. Et notat ibi Panoz. ex illo ter. q vbi pstitutio penalit edit in fauorem vni⁹. nō incidit pfaciens in penam. si ille de cui⁹ fauore agit psentit. Nota eti am fīm Jo. an. q hec pstitutio nō pntet iniqtatē qd imaginandū est qd erat certum tpus in medio locationis: qd erat determinatū fīm puetudinez ad infpelladū locatores ut bonorie in medio augusti. Dō an illud tpus locatoris faciente: nō dico facere: non erat licitū infpellare post hoc tps sic.

Quero an hec pstitutio sit in alijs scholaribz fūanda h̄z bonorie: Rū. Dō. dicit esse generalez. Nam qd fauorabilis est. dicit eam exten dendar. H̄z pnumit nō tenet ei⁹ opinio: h̄z dicas pstitutio excoicatio est localis. t h̄z solum locū bonorie. t est canon late sīne.

Quero an hec pstitutio extendat ad scriptores

Rū. d. an. q non. qd ista pstitutio est penalit. t dō

nō dō extendi: qd eadem rōne extenderet ad carta

rios t rasores cartaz. Idē panoz. in. d. c. ex rescri

pto. vbi qrit: an pena opposita in uno ex correlati

uis: extendat ad reliquum: Rū. q ant non p oia

est eadē rō in altero ex correlatiuis. t nō dō extedi

vtrz ex notat in. c. sug eo. de vslur. naz pena appo

nit mutuanti ad vsluram: qd tm non intelligit repe

tita in accipiente. qd nō est eadem rō. Et hoc vo

luit Bar. in. l. vlti. L. de int. vi. tol. Sic ergo di

cendit in casu nostro. In locatores incidat in ex

Excommunicatio. I. Fo. LXXXIII.

communicationē: q̄ ter. solū videt dicere de cōdūcētibus. **A**t dico q̄ nō. q̄ nō est eadē ratio in locatore que est in p̄ductore: q̄ scholares debent inter se humanū tractare; et certat de lucro captando. et q̄nq̄ cōducunt ante temp⁹ hospitū in odiū alterius. **S**ed locator certat dāno vitando: q̄ vult locare rem suā in tempore habili: nec facit in odiū alicui: nec est ita strict⁹ scholarib⁹ sicut scholares inter se. **E**t sic tolle opinionē illoꝝ q̄ voluerūt dicē istam penā ad locatorē extendi sicut fuit do. **A**n. Aut est eadem ratio. puta frumentū nō extra hāt de cūitate q̄ pena imponit vendēti frumentū fo- renſi. nūquid pena intelligat repetita in emptore. **E**t est dubiū satis probabile. **E**t credit Panor. q̄ extendetur dispositio statuti. sed nō pena. **S**icut in simili dicit Jo. an. in. c. dispendia. de Kp̄is li. vi. q̄ ex idēpitate rationis debet extendi consti- tutionē: sed non pena constitutionis. **S**ed Hosti. di- cit q̄ locatorē incident in excommunicatiō alio respectu: quia cōmunicant criminolo in crimeni dāminato. vt in. c. si cōcubine. de sen. exco. **S**z hoc dictum Hosti. Panor. non approbat. nam com- municans in ipso actu per quem quis incurrit ex communicationē: non in uoluſ excommunicatiō: quia adhuc alius nō est excommunicat⁹. **S**z opor- tet q̄ p̄ius actus perficiatur: et tunc cōmunicans illi in crimeni dāminato in uoluſ eadem excommunicatiō. **D**icit tamē q̄ potest saluari dictū Ho. quādo locator peruenit ad actum locationis: vel contractus: quia excommunicatiō ibi infligitur p̄ solo cōtractu.

Quintus decimus: cum monachi. canonici re- gulares. archidiaconi. decani. prepositi. plebani. cantores et alij clerici psonatum habentes: aut eti- am quicunq̄ p̄sbyteri audiunt leges vel phisicā. extra ne cle. vel mo. super specula. **H**ota fm Pe. de Barnilio in dicto. c. super specula. q̄ triplex est prohibitiō psonarum quo ad audiendum leges vel phisicā. **Q**uidam enī phibentur ratione p- fessionis. **Q**uidam ratione ordinis. **Q**uidam ra- tione beneficij. **E**tum ad primos. scz de p̄fessis expresse vel tacite patet q̄ non possunt exire clau- strum ad audiēdum vel legendū leges vel phisicā. vt in dicto. c. super specula. et. c. nō magno opere. ne clerici vel monachi. contra faciens si nō redit infra duos menses ad claustrum excommunicatus est ipso iure. **Q**uo ad secūdos. scz ratiōne ordi- nis. phibentur audire leges et phisicā sacerdo- testim. vt in dicto. c. super specula. **C**onstitutū aut in alijs ordinib⁹ nō prohibētur huiusmodi au- dire. **Q**uo ad tercios. scz ratiōne beneficij prohibē- tur audire huiusmodi sciētias cōstituti in digni- tate curata vel non curata: vt in dicto. c. super spe- cula. **S**i autē h̄abeat ecclesiam parochiale et non est sacerdos: nō phibetur audire huiusmodi sciētias: nisi talis ecclesia sub se habeat capellam vel ca- pellas: vt notatur in capitulo statutū. ne cleri. vel mona. lib. o. vi. iūcta glo.

Quid autē sit personatus. **D**ic q̄ est ecclesi- stica dignitas: vt primicerius. qui preest diacono extra de offi. primic. ca. j. **T**hesaurarius. extra de-

cōce. pre. c. cum nostris. **L**ancellarius. extra ne ec. bene. c. vynico. **P**recentor et succentor. extra de ex. pre. inter dilectos. **M**agister scholariꝝ. de ex. pre. quanto. **C**ustos. extra de offi. custo. c. j. **S**acrista. de offi. sacri. c. pmo. **A**rchipresbyter. de offi. archi- pre. ca. secūdo et tertio. **I**dem intelligit in alijs p- sonatum habentib⁹: q̄ fm diuersas p̄uetudines ecclesiā in eis habent.

Queritur quādo incipiāt currere isti duo mē- ses: **R**ū. glo. in dicto. c. super specula. dicit q̄ a te- pore publicationis huins cōstitutionis. **E**t sic ex quo iam diu erit publicata: aperte innuit q̄ ho- die studentes in predictis scientijs: ipso facto sine expectatione alicui temporis sunt excommunicati et penis alijs ibi contentis obnoxii. Alij vo dicit q̄ etiam hodie tempus duorum mensium habet locum: et illud curret ab exitu ipsius monasterij. hac causa: vt audiunt has scientias interdictas. **E**t hoc quo ad religiosos. **Q**uo vo ad seculares curret ab inceptione auditus. **E**t cum hac opini- one transit Jo. an. **I**dem do. car. et Pe. de anch. **L**um ut emitetur iurium correctio: tum quia di- ca. super specula. venit ad declarationem et aug- mētum pene di. capituli. non magno. dispositio- nes: vt excommunicati intelligat inflicta ipso iure. **I**n alijs ergo remanet cōcilium turonense immi- tatum. Non ergo incurrit excommunicatio: nisi post lapsum duorum mensium etiā si certum sit eos ad monasterium redire non posse. ar. c. com- missa. de elec. lib. vi. **H**ec Panor. in dicto. c. super specula. **Q**uo ergo requiruntur ad hoc: vt religiosi incurvant dictam excommunicationem. **P**rimū vt exierint claustrum ea intentione: vt dictas sci- entias audiāt vel legant. **S**ecundūm si exierint et ad claustrum suum infra duorum mensium spaciū non redierint.

Quid ergo si post exitum religiosus mutato p̄posito vadat ad theologiam: **R**ū. Panor. vbi supra dicit Vincē. tenere. q̄ non prodest: nō pri- mo huic cōstitutioni satissimac redēndo ad clau- strum: nō abbas significaret ei q̄ iret ad theolo- giam: quia tunc censetur reuersus ad claustrum ff. de in ius voca. l. q̄nūs. sicut purgatur vicium furti re apud furem remanēte: auctoritate domi- ni. ff. de vluca. si fur. **S**ed si postmodum abbatis mandato deserto: iterum redit ad leges: incidit in dictam penam ipso facto fm eum. **S**ed panor. non placet primū dictum. **P**utat enim q̄ licet exi- erit causa audiendi leges: ex quo tamen mutato p̄posito contulit se ad scientiā permittam: non in- cedit in penam. licet non redeat ad monasterium. **N**ouetur quia cessat ratio hoc casu p̄stitutionis de qua in dicto. c. nō magno. vbi dicitur hoc sta- tutū emanasse: ne viri spūales mūdanis rursus actib⁹ inuoluantur. Que ratio prorsus cessat si ab his actionib⁹ mūdanis desistat. **E**t ad istum tex. q̄ reçrit q̄ redeat. j. duos mēses. **D**ico q̄ habuit respectū ad effectū: qñ. l. dedit operā sciētē inter- dictē vel stat in isto p̄posito. nam verba debet in- telligēcū effectū.

Querit an omnes pene statute contra reli-

Excommunicatio.

osos habeant locum in clericis secularibus ibi p-
hibitis: **Glo.** in dicto. c. super. dicit q. sic. **Idem**
Panoz. dicens q. hanc opinionem sequitur comu-
niter doc. ibi.

¶ Quero qd si religiosi non exirent claustrum: sed
in claustro existentes audiunt vel legunt dictas sci-
entias phibitatas: **Ru.** **Panoz.** vbi s. de mete **In-**
nocc. dicit q. tales nō ligant penes ibi cōtentis p-
ter. in dicto. c. sup. et in. c. nō magno. qui disponunt
ptra exirent claustrum. **Idez** do. an. q. pene sunt
odiose. ergo restringēde. ergo nō debet habere lo-
cum in non exirentibus: licet tales legentes vel stu-
dentes in claustro male faciant. **Nec obstat** si di-
catur eandē esse rōinem in non exirentibus. **Dico**
q. hoc negari potest: cum magis deliquerat religio-
sus exiendo claustrum ex causa illicita argu. **xvi.** q.
j. c. placuit. **Et p. pdicta** facilius decidunt questio-
nes sequentes.

¶ **Primo.** qd si religiosus vadat ad principium
amici incipiētis legere in legibus vel phibis: causa
honorandi amicū: **Host.** dicit q. non est suū hoc
interpretari. **Cū** qd ut ad verba damneb ibi lectio
et auditus. tñ putat q. papa iudicaret talē ex mente
non ligari. **Sed panoz.** vbi s. dicit: q. etiā quo ad
verba talis nō ligat. **Nam** tex. in dicto. c. sup. et in
c. nō magno. disponunt de religiosis exirentibus cā
audiendi leges. s. vt principaliter in eis studeant
causa pficiendi in eis. s. sub ptextu ecclesiastica ne
gocia fidelins pfactandi: et med. cinaz; occasione
languētū fratrū que oīa cessant in. q. nrā.

¶ **Secundo** querit qd si ille qui incepit legere ha-
bet paucos scholares: ppter qd iste religiosus vult
eum cōtinue honorare: **Host.** dicit se nō admitt-
tere talē honore. **Sed panoz.** vbi s. dicit: q. hoc di-
ctū **Host.** sibi placet: qd iste facheret in fraude: et
cū hoc exigeret: cōtinuationē duoz mēliū. **Sz** vbi
facheret sine fraude. dico secus p predicta. **Et satis**
videtur de mete **Hosti.** **Fraus** aut poterit depre-
bendi ex cōiecturis.

¶ **Tercio** quero. nunquid persona ecclesiastica ibi
phibita possit aliquibz socijs piauitam in camera
legere pdictas sc̄ietias: **Ho.** dicit q. nō. et q. talis
nō euadet penas ibi positas: quia studiū phibet
et lectio. **Lex** enī nō debet eē imposita verbis: sed
rebus. **Et in. c. comissa.** de elec. li. vi. **Sed panoz.**
vbi s. dicit q. aut legit in monasterio suo: et nō in-
currat penas de quibz ibi. Aut extra monasterium:
et tūc penderit ab alia. q. **In. c.** nō magno. habeat
locum in legente seu docēte: **Ho.** videt sentire q.
sic: et **Ho. an.** in dicto. c. sup. dicit q. istis religiosis
phibet auditus: vt ibi. et lectio: vt in dicto. c. non
magno. et studiū vt in dicto. c. sup. in vbo. verū.
Sed panoz. dicit q. d. c. non magno. nō loquitur
de legētibus. i. docētibus: sed de addiscētibus. vñ
ponit ibi legere largo mō: q. omnis q. studeret
pficiat legit. p. quo facit ethymologia vocabuli.
nā dicit lectio a legendo. hoc aperte probat littera
in dicto. c. non magno. **Dicīt enim** ibi q. religiosi
exibant ad audiendū leges et phibicam sub obtenu-
tu. et sic vt possent pficerē: et edocti agerent pre-
dicta. **Nec est** verū q. d. c. sup specula. prohibeat

auditum: et capitulū non magno. lectionem. quia
dictū capitulū super. venit ad declarandū. c. non
magno. nihil aut inducit de nouo: nisi qd tñ
ligiosi incurvant excoicationē ipso facto: et q. dicta
p̄titutio extendit ad habētes psonatū et ad p̄sby-
teros. **Eodem** mō dico de studio. **Nā** ponit ibi sit
dū p. p̄pis studentibz. i. addiscētibz. nam studere
magis cōuenit addiscētibz q. docētibus. quare
concludit **Panoz.** q. d. c. non magno. et d. c. sup.
solum loquitur in audiētibus seu studentibus
addiscēto. **Et isti** sunt qui incurvant penas pre-
dictas. Legentes autē. id est docētes non putat
incurrēbas penas: nec in pdictis videb procede-
re ratio q. ē in addiscētibus. nā addiscēs videb
motus malo zelo: vt sc̄z in uoluā rursus actioni-
bus mūdanis. **Sed** ille qui prius scientiam istam
didicit: et tam docet nō facit vt inuoluntur actioni-
bus mūdanis. imo cōmunicat alijs scientiā in
se bonam: et necessariam ad regimen orbis vel p-
supposito q. peccet: non tamē tantū quantum ille
qui nūc incipit addiscere. **Et p. hoc** dicērem q. pri-
uilegiatus: vt in his scientiis possit studere vide-
tur p̄nilegat ad id quod sequitur ex studio. sc̄z
ad doctoratum assūendum: et per consequēs ad
legendum: cum in doctoratu detur potestas legē-
di: vt notatur in elemētina secūda de magi. Hoc
tamen est magis dubitabile. et ante factum p̄sule-
rem abstinentū. **hec Panoz.**

¶ Ultimo quero: quare facta sit hec prohibitio:
ēt scientia canonica nō possit bene sc̄ri sine legali
Ru. **Ho.** q. sine principali studio et auditu leguz
pter libros legales sufficiens scientia baberi po-
test de materia legum in canonibz cōtentā per ea
que in libris canoniciis apponuntur et qui dubitat
querat. **Nam** hoc nō phibetur. sc̄z de dubijs cer-
tiorari. **Etiam** dicit **Panoz.** q. poterit studere p̄sui-
dium camere ad hoc principaliter tamē non ordi-
natū: sed ad finem melius intelligēdi scientiis
canonicā. **Et sic** licitum est religiosis. et alijs phib-
itis habere lib. sc̄ietē ciuilis. et in eis in came-
ra studere ad finē melius intelligēdi canones: nō
autem principaliter propter istam ciuilem sciētiā
acquirendam. **Nota** etiam q. istud quod inter-
dicitur clericis supra nomiatiā et c. audire leges et
phibicam declarat per. c. statutū ne c. vel mo-
li. vi. non extendi ad eos qui obtinent parochia-
les ecclēsias ratione huīmodi ecclēsiarū nī
eedem ecclēsie fnerint plebanie sub se capellas ha-
bentes: in quibz constituant clerici perpetui ne-
quenter ab ipsis absqz causa rationabilis amoueri
vbi dicit glo. q. ideo dicitur ratione ecclēsiarū:
quia si haberent dispensatiue: vel alio modo per-
sonatū cum illis ecclēsias: bene tenerētū consti-
tutionē: vel si essent p̄sbyteri tenerētū non ratio-
ne ecclēsie: sed ordinis. Item quia dicit capellas:
Idem videtur dicendum et tutius si unam habe-
ret capellam. **Nec obstat** quod dicitur in tex. ca-
